Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

-men non sequitur, omnem cognitionem ef-
-fugere non posse, siquidem prudens Judex
facile animaduertit an quod proponitur suæ
sit Jurisdictionis consideratis negotijs, ex
personarum qualitatibus, quatenus autem Co-
-mes subijciatur foro Bavarico alio loco di-
-sputare convenit. /.

Undecimam rationem in huius casibus, ve-
-ram esse non dubitamus certe ad nostrum
casum ob defectum Jurisdictionis ex alia ui-
-tia recessus applicari non potest, frustra enim
condemnat iudex incompetens uti Dux est in
causis poenalibus contra Comitem, quia omnia
poenalia sunt personalia, aliuum iudicem
requirunt, frustra quoque condemnatur
quis sine actore ex causæ non cognitæ
per iura supra allegata, nec summam
condemnationis auget reservatio nulla tamen.
Aliud enim est hoc casu condemnare, aliud re-
-servare et licet Comes peccasset quod sub-
-ditum Ducis Bavariæ delinquentem, weg
ausgesprochner wildtschützerey, iniuste
ut immodice puniuisset adeoque subdito
illi Bavariæ Ducis obligatione personali
ob excessum obnoxius fuisset subditus,
tamen ille ut eius nomine procuratus, tanquam
Actor non suum Ducem et regimen
Landtshutanum. Sed Rei Comitis forum
adire debuerat. Actor enim forum Rei se-
-quitur Atque sit regimento Landtshutano
super delicto à Comite commissum in Co-
-mitatu Imperij commisso cognoscere ut
mandare eidem ob defectum iurisdictionis